Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Viciniore sylvula
En nidus est repertus,
In quo suos pullos habet
Hermetis ales ambos.
Vnus uolatu tollitur
Manere gaudet alter,
Alterq; seruat alterum,
Imus tenet supremum,
Nido simul manent, domo
Vt coniuges in una
Connubiali fœdere
Arctissime ligati
Testamur inde gaudium
Omni die locoq;
Hac fœminam quod alitem
Tenemus arte captam
Ergo Deum, rerum patrem
Vt hoc beet, precamur.

30